

dispensandi, caute tamen, omnique securo scandalo, & pio aliquo opere in locum abstinentia a piscibus substituto. Apertissimè hic feret locus dispensandi de vetustate jejunii apud Orientales, ejusque lege, licet severiori, exactissime tamen semper servata: sed ne longiores sumus, quam par est, id unum dicimus Apostolicam Sedem toties Patriarchis obstitisse, quoties veterem rigorem jejunii suis subditis prescriptis relaxare voluerunt. Petrus Maronitarum Patriarcha, Archiepiscopus & Episcopi sibi subditi prescriptis relaxare voluerunt. Petrus Maronitarum Patriarcha, Archiepiscopus & Episcopi sibi subditi prescriptis relaxare voluerunt. Petrus Maronitarum Patriarcha, Archiepiscopus & Episcopi sibi subditi prescriptis relaxare voluerunt.

Nota. 1. Jejunium Sabbati vetitum fuit ab Ecclesia, quod Manichæi, alique heretici qui Deum malum hujus Mundi condiderunt, atque colendi Sabbati auctorem fuisse fabularunt, Sabbato jejunandum fuerat, ut publica moestitia odium effenderet erga Deum colendi Sabbati auctorem, qui maris rem pessimum fecisset, rerum hanc Machinatum malis obnoxium, tot seeleribus obligatum. Vid. Epiphanium heresi 14. Ex canonibus hæ occasione editis, quibus prescribitur, non nisi Sabbato majoribus hebdomadæ jejunandum, Græcorum, aliorumque O-

rientalium disciplina pender. At lex illa nunquam in Romana Ecclesia recepta fuit, que ex Apostolica traditione semper in memoriam Christi sepulture Sabbati jejunium coluit: ejus rei testes sunt locupletissimi Hieronym. cap. 13. Aug. epist. 83. Conc. Eliberitanum can. 4. & Joannes Cassianus Chrysofoli discipulus collat. 3. quibus addimus Innoc. I. in Epist. ad Decentium Eugub. Episc. cap. 4. Nicol. I. ad Consul. Bulg. qui sub Sylvestro oratum hæ de controvertiam scribit, definiturque, ut nullus deinceps contra hujusmodi statutum venire, aut mutare presumeret. Quare, ut Romana Ecclesia non imperaret, sed laudat Orientalis Ecclesie consuetudinem ex iis canonibus oratum, qui dum heretici, in Oriente presertim, Sabbati jejunio abuterentur, conditi fuerunt; ita Græci, alique Orientales Romane Ecclesie morem probare, ac commendare tenentur, quod cum eis nulla deviantia ejusmodi jejunii accessio fuerit, traditionem quæ nonnulli ajunt ex Apostolo Petro derivatam servaverit.

Hæc quantum ad Orientalium jejunia; que ad rem hæc pertinent reliqua in appendice explicantur, que in Missionarium utum post Trid. de jejunio Regalastica addita est. A jejunio ad ciborum delectum ut res ordine exponatur gradum facimus. Nam etiam in hæc Orientalium a Latine Ecclesie disciplina distat. Græci enim a sanguine, & suffocato abstinentiam putant, ac distinguunt inter mundos immundolique cibos ad normam Moisaice legis, putant sine culpa ad Christi Corporis Sanguinis communionem accedere non posse, qui immundi quidpiam comederit, aut contredaverit, nisi benedictionem præmissa, que in eorum Euchologio præscribitur. Alii quoque Orientales, scilicet, quoad abstinentiam a sanguine & suffocato, eodem modo opinantur, Armeni Orthodoxi exceptis: (Nam qui Vartanum sequuntur, a quibusdam cibis abstinent) qui in unione cum Ecclesia Romana acceptanda hæc Græcorum consuetudinem se reliquere professi sunt. In collationibus enim pro hac inuenda unione habitis, hæc Galanus refert tom. 2. de Conc. Eccl. Arm. cum Rom. Patres Armeni tum Sisensii, tum Adanensis Concilii, cum Romana Ecclesia suam conciliantes, approbaverunt Epistolam dogmaticam Gregorii Armenio Patriarchæ ad Regem Hayram, ubi hebraica illa ciborum discreto bis verbis referretur. Cibis autem immundis, præcipue, qui ad pauperum manus obiter veniunt, omnes, ut inquit Paulus in nomine Domini purificata habere jubemus, quos & orationibus benedicti docuit Dominus Nieses, nimirum Cebæjensis, qui similiter Armenie Doctus, & Patriarcha fuerat. Hæc vero æquam ad Græcorum morem expendendum descendam, necessarium puto, Apostolicæ Sedis sententiam exponere. Pluries vero ab ea decreta hæc de re prodierunt. Gregorius II. in Capitulari suo ad Bavaros prolo, cap. 7. ait, Nihil in perceptione ciborum prædicatur immundum, nisi quod fuerit idolis immolatum, quia juxta quod Magisterio Apostolice doctus, omni creatura Dei bona est: & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Nicol. I. ad Consul. Bulg. no. 42. omne animal, inquit, cuius cibis minime corporis noxius est, se probatur, comedendi non prohibetur. Extat præterea decretum in Florentina Synodo pro Jacobitis edito, quod; Romana, inquit, Ecclesia præmiter cre-

dit, profertur, & prædicat, omnem Creaturam Dei bonam, nihilque rejiciendam, quod cum gratiarum actione percipitur, quia, juxta eorum Doctum, non quod intrat in us, coquinatus hominem, immundum differentiam, ad ceremonialia a se sit pertinere, que, surgente Evangelio, transferunt. Nullas itaque cibi naturam condemnandam esse denunciat, quam societati admittit humana, nec inter animalia discernendum per quemcumque fuerit, sine muliere, & quocumque genere mortis intereat, quantum pro salute corporis, pro virtutis exercitio, pro regulari & Ecclesiastica disciplina postus & debeant non negata dimitti, quia, juxta Apostolum, omnia licent, sed non omnia expediunt. Accedit etiam professio fidelis, quam ex prescripto Urbani Papæ VIII. Orientales emittente tenentur, in qua hæc leguntur. Item legalia veteris Testamenti, seu Moisaice Legis ceremonias, Sacra, Sacrificia, et Sacramenta D. N. Jesu Christo adventu cessasse, & post pronuntiatum Evangelium sine peccato observari non posse, ejusdem etiam Legis veteris ciborum mandatorum, & immundorum differentiam ad ceremonialia pertinere, que, surgente Evangelio, transferunt, illam etiam Apostolorum prohibitionem ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato illi temporis congruisse, ut inter Judæos & Gentiles dispensationis materia tolleretur, cuius Apostolicæ prohibitionis causa cessante, etiam cessavit effectus.

Quæ cum ita se habeant, aperte Apostolicæ Sedis sententia contradicunt, qui etiam nunc vigere ajunt latere per Moysen legem de mandatorum immundolique differentia, & Apostolicum decretum de abstinentia a sanguine & suffocato; cum fuerit illa per Christum sublata, illud vero æconomice causa ad tempus stabilitum. Vide Paulum I. ad Cor. 9. ubi doctus seculo scandalo, etiam tum Fideles immolatis uti potuisse, & quicquid in mundo erit, quia Domini est terra, & plenitudo eius. Oportet ergo ad tempus, atque æconomice causa Apostolorum decretum de hujusmodi abstinentia edidisse. Erant itaque Græci si credant, aut vigere adhuc discrimen inter munda, & immunda veteri lege constitutum, aut ex Apostolico, & Scripture præcepto, ut habetur in Trullano can. 67. a sanguine, & suffocato esse abstinentiam. Consuetudo autem hæc, de medio sublato errore, permitti potest, dum scilicet non ob Apostolicum, quod amplius non viget, præceptum, sed ut obsequium novæ ex Ecclesie consuetudine derivatæ sit præsent, a sanguine & suffocato abstinent. Nam Ecclesia potest etiam ceremonias veteris legis, sine ac objecto variato, in proprium usum convertere, ut supra nos demonstravimus, ideoque in obsequium, memoriæque primi ab Apostolis editi decreti, potest etiam tacito consensu suo consuetudinem probando legem de hujusmodi abstinentia ferre. Quæ quidem ratio etiam undecimo Ecclesie sæculo plures Latine Ecclesie hujusmodi abstinentiam servabant, ut scribit Humbertus Cardinalis ac Sylvæ cantilæ Episcopus in Dialogo contra Græcorum calumnias edito. Neque benedictiones illæ sunt reprehendende, quas Græci Sacerdotes adhibent juxta eorum Euchologii præscriptum erga eos, qui teigerint, vel immundi quidpiam comederint, etiam si res illas respiciant, quæ

in lege veteri subiectum erant præceptorum ceremonialium, dummodo quicquid ab eis fit, non eo animo fiat, ut veteris jam abolitæ legis præcepta reatent, sed ut obsequium præstent, aut nova Ecclesiastica Legi, vel canonice consuetudini, diuturni & continui temporis observantia roborant, inquit Bened. XIV. in cir. Constat. Euchologio, præmittenda.

Venio nunc ad postremum disciplinæ caput, in quo Latina ab Orientali distat Ecclesia, quod in Collato Clericorum situm esse diximus. Orientalis Ecclesia non secus ac Latina a primis facultis suis semper habuit Monachos, qui castitatem voverent, atque Episcopi etiam nunc nominatim celibes habent. Immo cum Nestorianorum, Jacobitarumque nonnulli, Monachis, Episcoporumque uxores permittunt, non solum a reliquis Orientalibus sed etiam ab aliis eorumdem seclorum Episcopis, tamquam disciplina, & Ecclesie contemptores habiti sunt. Quamvis antiquissimo tempore ad augendam Clericali militiae utilitatem utraque Ecclesia Occidentalis, & Orientalis seque præscripserit, nemum Presbyteros, sed alios etiam in Sacris Ordinibus constitutos in perpetuum celibati verari debere, & hæc custodienda castitatis obligationem nunquam relaxasset aliarum mater, & magistra Romana Ecclesia; Secus tamen contigit tractu temporis in Orientali Ecclesia, quæ Diaconis ac Presbyteris secularibus uxorem permittit; uicam tamen, eamque Virginem. Nam eorum disciplina præcipit cum Apostolo Paulo I. ad Timoth. cap. 3. ut Diaconi sint unius uxoris viri; ac vetat bigamiam: sua propria, que ex secundo matrimonio profuit, tum etiam similitudinariam ex primo matrimonio ortam cum vidua, vel corrupta contracto: Canones Apostolici 12. & 18. & canon. 3. Concilii Trullani, cuius auctoritas licet in Ecclesia Occidentali recepta non sit, illam tamen Orientalis Ecclesie recipit, & veneratur. Quamquam Orientalis Ecclesie canones ita constituant; & licet istædem canonibus etiam prescripta sit, ante quam nefas fit, quemque factis ordinibus initiari; tamen partim ignorantia, partim hereticorum malitia factum est, ut, neglecta omnino Ecclesie disciplina, apud Jacobitas præsertim Coptos, ac Nestorianos quamplurimos, Pueri paucorum annorum sacro Diaconatus ordine initiarent, qui post succedens ordinem non solum nubunt, sed ad fides quoque, atque tertias nuptias transeunt. De his vero prima dicemus dum de Orientalium disciplina circa Ordinem, & Matrimonium tractabimus, ubi et distincte exponemus, que hæc super se constituta, & explicata sunt a SS. D. N. Benedicto XIV. in duabus Pastoralibus Instructionibus super nonnullis dubiis circa Cyporum Riturum editis.

Hæc factis viâ sunt ad discrimen ostendendum, quod Latini inter ac Orientalem Ecclesiam intercedit, & quo nonnullæ invicem distat Orientalis Ecclesie: inter hæc autem unum prætermittit, que expentione parva, sed gloria maxima est. Hæc in Naxiantheni majoris Armenie Provincia sita est, & quatuordecim sæculi initio, in quo a Bartholomæo Parvo Ordinis Prædicatorum stabilita fuit, Fidem Orthodoxam, cum Latino Ritu, Dominicanorum more, quem Armena lingua servat, intactam custodivit, Archiepiscopus, qui et Dominicanorum familia semper delectus est, Sedem habet in Oppido Ab-

ner, habetque sub se decem circiter oppida, in quibus Domiticanorum eisdem Ritus Cenobia non nulla extant.

CAPUT VII.

De Apostolica Sedis economia in disciplina unitate tenenda ac procuranda, & intolerandis diversis aliarum Ecclesiarum, praesertim Orientalium, Ritibus.

Inter cetera argumenta, quae Apostolicam Solem Ecclesiam omnium Principem, Magistrum, ac Matrem esse demonstrant, praecipuum sibi vindicatum locum prae se habet economia, qua disciplina unitate quoad fieri potuit conservata, Apostolica iustitia quata recta custodire, ac novitatibus, ut remaneat inopernique circumstantiis se habent, obistere studuit, & qua ritus varios, qui sedel morumque integritati noxi non essent, non solum patentes sustulit, sed ubi ex Majorum institutis ortos agnovit, vultu etiam ne aliorum adortitate immutarentur, ac ab omnibus servari mandavit. Quae quidem agendi ratione, quam acceptam a Christo Domino in Ecclesia universam potestatem, tum debitu Apostolicis ordinationibus obsequium, tum devotum illum erga Christianos omnes amorem significavit, quo veluti pater eorumdem Marei, uti disciplinae inter eos unitatem procuravit, ut in his, quae cum fidei honestatisque regula coherant, illorum ingenio, ac voluntati indulserit, qui in ritibus variis a Majoribus acceptis enutriti, haud facile potuissent ad omnimodam disciplinam unitatem revocari. Hujusmodi agendi rationem Petrus Romanis Pontificibus ipsis inaccessaribus praemonstravit. Is enim patenter in Hebraeis recenter ad Christi fidem conversis tulit nonnullarum caeremoniarum usum, quas a Deo eorum Majores acceperant, quod haud facile esset homines tanta cum veneratione in illis enutritos ad eorum usu divellere; ac in Hierosolymitano Concilio, ut diffidii occasione praecederet, mutuaque inter novos Christianos pacem foret, Legem constituit, qua ad tempus etiam si, qui e gentibus ad Christum venerant, a sanguine, & succo immolaticque abstinere jubebantur. Atque ut facile posset, quem ipse aut solus, aut ex aliorum etiam Apostolorum consilio dispossent sacrorum ordines, Ecclesiam omnibus praescribere, & exhibere, primum Antiochie sedem posuit suam, ibique sepe mansit amicus; quod inde facile esset disciplinam illam ad omnes Asiae Ecclesias transmittere; deinde Marcum in eadem a se institutam disciplinam, Alexandriam misit, ex qua Urbe facile Ecclesiae Aegypti, ac Africae reliquis, eadem tradere poterat sustinuta: ac demum Antiochia Roman ipse venit, ibique perpetuo sedem suam esse voluit, tum ut facile posset in tota quoque Occidentali Ecclesia eandem disciplinam stabilire, tum etiam quia praesto esse poterat ad novas, dum opus esset, institutiones suppeditandas, constituta se Antiochia, & Alexandriae Metropolitibus. Hinc autem ortum reor mirabilem illam in Ecclesia omnibus consensionem in praecipuis Ritibus, quos semper & ubique servatos legitimus in perfidiana Eucharistia, in aliorum Sacramentorum administratione, ac in aliis quamplurimis Ecclesiasticae disciplinae Capitibus.

Romanorum Pontificum Petri successorum prima ac maxima semper cura fuit, ut stabilitam ab Apostolis disciplinam in Ecclesiis omnibus custodirent. Quam ob rem a primis temporibus ad haec usque tempora nunquam passi sunt, ut quae in illa contenta essent, abolerentur; Et non nisi ex gravissimis causis trine immersionis in Baptismo usum, calicemque a Laicis in recipienda Eucharistia functionem, ac iis similia immutari permiserunt. Hujusmodi autem sollicitudinis luculentissima exempla suppetunt, tum in antiqua, tum in recentiori Ecclesiastica historia. Cum esset ab Apostolis constitutum, Ecclesiasticum a Petro traditum, ut Pascha nonni, Dominico die celebraretur, sicut Euseb. lib. 5. cap. 23. Socrates lib. 5. cap. 21. alique antiqui Scriptores memoriter prodiderunt, statim ac Romanis Pontificibus innotuit fuisse nonnullas in Asia Ecclesias, quae luna quatuordecima Martii in quocumque hebdomadae die celebrare, illud celebrarent, Apostolicam disciplinam etiam in Ecclesiis illis retinere curarunt. Anticus tamen cum Polycarpo amice tractavit. Victor vero illius successor Concilio Romae habito circa 198. iussit, ne alio, quam Dominico die *Mysterium Resurrectionis celebraretur*, & Policretum alioque Arianos obtemperare detrahentes excommunicavit; eum hortatu ac precibus Irenaei Lugdunensis Episcopi excommunicationis deinde effectum suspendit. Zephyrinus quoque, qui Victoris successit, tum nonnulla dogmata, tum ob violatam Apostolicam disciplinam Montanistas damnavit, qui ad omne paene delirium Ecclesiae fides observant, ac seclerata putabant iterata convivia, & Christianis, sicut ac Apostolica disciplina praescribitur, tres in anno *Quadragesimas* proponebant, quae tres passim *Savastores*, inquit Hieronymus Epist. 54. Stephanus quoque Romanus Pontifex circa medium tertii saeculi, cum Firmilianus in Asia, & Cyprianus in Africa baptizatos ab haereticis iterum baptizandos esse contendere, nihil adversus traditionem, quae iam inde ab ultimis temporibus observatur, innovandum ratus, gravissime adtulit, ait Eusebius lib. 7. cap. 2. Immo abstinendos illos putavit, quod *priscam consuetudinem convellere conarentur*, ut Augustinus scribit lib. 1. de Baptismo cap. 13. Habes itaque ex factis antiquae Ecclesiae monumentis, Apostolicam Sedem etiam tribus prioribus saeculis in universam Ecclesiam acceptam a Christo jurisdictionem exercuisse, ad traditionem, & disciplinam, quae ex Apostolis esset, adhibitis etiam Ecclesiasticis penis, in Asia quoque, in Africa, ac ubique gentium sanctam rectam custodire studuisse. Quis quidem sollicitudinis sequentium quoque saeculorum historia toties exempla suggerit, quoties Apostolica Sedis significatum fuisse asserit, fuisse inter Christianos homines qui vel Apostolicam traditionem continerent, aut Ritus usurpare neglectissent, quos Apostolica disciplina stabilivit; ut ex his perspicuum fiet, quod de Ritibus ab Apostolica Sede proscriptis, tunc dispensabimus. Ita suum de disciplinae unitate servanda desiderium ac studium semper demonstravit.

Sed impedire non potuit, quomodo novi, ac varii in diversis Ecclesiis Ritus inlitterentur. Nam cum difficillimis primis Ecclesiae temporibus, nec Episcopos omnibus facile esset Apostolicae Sedis exponere, quae pro locorum, & temporum circumstantiis nova inlitteranda viderentur caeremoniae, aut di-

scipline Ecclesiasticae ordinationes; nec facile eisdem esset Apostolicae Sedis nova disciplinae capta, qua stabilire expediret, Ecclesiis omnibus proponere, neque expediens videretur Episcoporum hac de re jurisdictionem limitare, eorum arbitrio relicto est, non novas caeremonias addere, ac sacrorum disciplinam moderari. Ne vero ex nimia rituum, ac disciplinae varietate confusio oriretur; plurimorum Episcoporum Concilia passim celebrabantur, in quibus aliorum quoque in commune tractabantur, ut Tertullianus scribit lib. de jejuniis cap. 13. Ex hujusmodi Conciliis tribus prioribus Ecclesiae saeculis celebratis, pleurae eorum depraevia sunt, quae in Canonibus, & constitutionibus Apostolicis habentur, ut etiam quampluribus eruditissimis Viris observatum. Ad antiquam hujusmodi consuetudinem attendisse videtur Magna Nicena Synodus, dum Can. 5. bis in anno hujusmodi Concilia celebrari decrevit. Quod quidem Decretum innovatum deinceps fuit in Antiochena Synodo sub Julio I. Can. 20. in Araucana I. sub Leone Magno can. 29. &c. In his vero de Sacrorum ordine, ac disciplinae unitate procuranda actum fuit, constat ex Sancto Leone in Epistola ad Episcopos Siciliae, ex Conciliis Epauente, & Gerundensis, circa sexti saeculi initium celebratis, & ex Baccarenis Synodo anni 563. Atque hinc patet undenam diversis in Ecclesia oris fuisse Ritibus, quorum magna erat etiam in Latina Ecclesia varietas, quoto, ac sequentibus saeculis, ut ex Epistola Innocent. I. ad Decemium Eubolinum Episcopum, ex Epistola Gregorii Magni ad Augustinum, quem in Angliam miserat, alisque Scripturibus textis, atque scriptis fuisse in Ecclesiis Rituum varietatem, qui, salva pace, veluti majorum instituta susceperunt ac pro lege habentur, iam scripturae Augustinus Epist. ad Casulanum, Hieron. Epist. 29. ubi ait: *unaqueque Provincia abunde in sensu suo, & praecipua maiorum leges Apostolicas esse arbitretur*; Et Firmilianus, qui circa medium tertii saeculi haec ad Cyprianum scripsit: *Circa multa divina rei Sacramenta sunt apud illos (hoc est Romanos) aliqua diversitate, nec observantur illic, quae Hierosolymis observantur. Et infra: Multa pro auctorum diversitate variantur, neque tamen propter hoc ab Ecclesia Catholica pace, & unitate distectum est.*

In hac rituum varietate iustissima maxime enituit Apostolicae Sedis oeconomia. Nam uti unitatem optaverit, tamen nunquam passa est, ut ritus illi tollerentur, qui a Viris aut instituti, aut commendati essent, maxime apud populos venerationis. Hinc in Latina Ecclesia, ubi cum Romanorum Pontificum diligentia, tum aliarum Ecclesiarum in Apostolica Sede imitanda studio, Ritus pene ad unitatem redacti est, viget adhuc Ambrosianus Ritus in Mediolanensis Ecclesia, & Mozarabus in nonnullis Hispaniarum Partibus, quod hujusmodi Ritus antiquitate, & auctorum sanctitatis commendati in maxima veneratione apud gentes illas habeantur. Sed circa Orientales, ac praesertim Graecorum oeconomia haec Apostolicae Sedis mirabilis semper fuit. Cum enim novisset Graecis majorum instituta summoque addidit haud facile iudici ad proprium Ritus descendendum, non solum in eodem illos permanere voluit, sed plurima etiam maxime in Ritus illam venerationis argumenta praebuit. Quae quidem agendi ra-

tionem discretionem, moderationem, ac clementiam significavit suam in eos, qui diffidii spiritu innotati Latinarum Ritibus improbantur.

Huius autem rei historiam a Nicolao I. in cuius Pontificatu Photianum schisma cepit, exordium. Is itaque ep. 2. ad Photium haec scribit: *De consuetudinibus, quas vobis exponere vixi epist. scribentes per diversas Ecclesias, diversas esse consueverunt, si illi canonica non obstitit auctoritas, pro qua obviare debeamus, nil iudicamus, vel regimus.* Schisma sub Photio inchoatum Michaelae Cerulario auctore circa medium undecimi saeculi ea animi contentione tantoque fuit odio ab ipso schismatico absolutum, ut Latinarum Ecclesiae, quae Constantinopolim, Alexandriae, & in Patriarchatu Hierosolymitano erant, in quibus Sacra Latino Ritu fierent, oblerari iusserit. Leo vero IX. Roman. Pont. misit ad illum pro extirpando schismate Legatus, inter alia haec scripsit: *Ecce in hac parte Romana Ecclesia, quanto discretior, moderatior, & clementior vobis est, siquidem cum intra & extra Romanam plurima Graecorum Monasteria reperiantur, vel Ecclesiae nullus eorum adhuc perturbatur, nec prohibetur a paterna traditione, sive sua consuetudine, quin potius suaderetur atque admoneretur eam observare. Sicut Sancta Romana Ecclesia quia nihil obstat credendum diverse pro loco, & tempore consueverunt, quando una Fides per directionem operans bona sua potest, nisi Deo commendat.*

Initio saeculi decimi tertii, cum Latini in potestatem suam Constantinopolim redeissent, & Simeon Pontifex Innocentius III. decreverit Patriarcham Latinarum in ea Civitate constituere, cui non solum Latini, sed etiam Graeci conparenter; nihilominus palam declarare non poterunt, nullum se velle Graecis ritibus inferre detrimentum, nisi quae forte consueverunt, inter eos receptae, periculum animarum parerent, aut Ecclesiasticae honestati adversarent. En Decretalis verba, quae habentur, tum rom. 7. Coll. Concil. Harduini pag. 22. tum etiam in Cap. licet. de Bapt. Licet Graecis diebus nostris ad obedientiam Sedis Apostolicae revertentes fore, & honorare velimus, more ac ritus eorum, quantum cum Domino possumus, sustinendo; in his tamen illis deserre nec volumus, nec debemus, quae periculum generant animarum, & Ecclesiasticae derogant honestati. Iisdem usque est verbis Honorius III. in Epist. ad Regem Cyprum, dum induit, ut in nonnullis illius Regni Civitatibus duo essent Episcopi, Latini unus, alter Graecus. Eadem fere verba usurpavit Innocentius IV. in Epist. ad Danielem Russiae Regem, quem Raynaldus refert ad annum 1227. qua Ritus Ruthenum probavit; tum etiam in ea, quam ad Othoneum misit Cardinalem Tusulanum Sedis Apostolicae Legatum in insula Cyprum. Idemque Pontifex mittens Laurentium Minoritam Apostolicum Legatum ad Graecos, qui in Regno Cyprum erant, & ad Orientales omnes, qui in Patriarchatibus Antiochena, & Hierosolymitano morabantur, mandavit ipsi, quatenus Graecos illarum partium, quocumque nomine censerentur, auctoritate Apostolica protegens, turbati eos violentis, vel quibuscumque molestiis non permitteret, injurias quales & offensas, a Latinis ipsis illatas, plenarie faceret emendari, ac Latinis eisdem distribere

Ne vero quidpiam intentatum relinqueret, quo suum in Orientales amorem significaret, & quo mutuum eos inter atque Latinos unione fovaret, Orientalibus nonnullis aliquos Latinorum Ritus servare permisit, ac nonnullos ex Orientalibus in proprium usum transtulit. Armeni, & Maronite, qui Orientalium Ritu servant, veterem consuetudinem sequuti propriis Episcopis perspicuam, & approbatam, Eucharistiam non in fermentato pane, ut Orientalium reliqui, sed in azymo conficiunt. Quam quidem consuetudinem, quod ex veteribus ortum noverit, Apostolica Sedes nunquam improbat. Immo Bessationis Cardinalis petitioni ob hujusmodi exemplum indulgit, ut etiam in Abbatia Crypte Ferrate, quae primum eidem Cardinali commendata fuerat, Graeci Monachi in illa degentes in azymo consecrarent. Idem quoque servatur in Ecclesia Collegiata Sanctae Mariae de Graese nuncupata, sita in Messanensi Diocesi, licet ipsius Clerus Ritu Graecum retineat. Similiter nonnullis ab hinc saeculis Maronite, Pontificales, ac Sacerdotales vestes adhibent quibus plane formae quam Latini Ritus praescribit, & in Concilio Libanensi habito anno 1726. unanimi consensu, subsecuta quoque Apostolica approbatione, iidem Maronite, quod praesentificatorum Missam Latinum Ritu araplexi sunt, illam tantummodo feria sexta in Parasceve celebrant; ut habet Benedict. XIV. in laudata Encyclica n. 23. Ex Graeco autem disciplina in Latine Ecclesiae usum transtulit Ritu recitandi Constantinopolitanum Symbolum in Sacra Missa, ut ex Tolerano Concilio anni 589. colligitur: Canone enim secundo decretum fuit, ut secundum formam Orientalium Ecclesiarum per omnes Ecclesias Hispaniae, & Galliae Symbolum illud recitaretur. Item constructo adorandi Salvatoris Crucem feria sexta in Parasceve; usus etiam Trisagii Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miserere nobis, in eadem sexta feria, & Aque benedictio in pervigilio Epiphaniae ex Orientali in Ecclesiam Latinam translata sunt; ut in eadem Encyclica ostendit Siquidem Pontifex. Haec vero factis, meo iudicio, demonstrant Apostolicae Sedis illud in fidei, derivataque ab Apostolis discipline unitate servanda, ac mirabilem quoque economiam, qua aliarum Ecclesiarum ritus substituit, honoravit, atque ab omni errore immunis custodire curavit. Superest nunc, ut ipsius leges exponamus, quibus cuique proprios servare mandavit, ac fœnel susceptos deserere vetuit.

C A P U T VIII.

De obligatione, quam quisque habet, in suscepto Ritu permanendi.

Ritus nomine intelligimus disciplinam Ecclesiae auctoritate stabilitam, vel usu & consuetudine eadem auctoritate comprobata. Haec autem, ut ex auctoritatibus liquet, quas circa finem superioris capitis citavimus ex Hieronymo, Augustino, & exemplibus Romanis Pontificibus, semper tamquam Ecclesiae lex habita est. Praeterea cap. 1. demonstratum est, Christi Ecclesiam potestatem habere instituendi ac precipiendi ritus; ex quo clare liquet, institutum Ecclesiae auctoritate ritus, & consuetudines eadem auctoritate comprobatas, vim legis habere, ut

ex his, qui in tractatu de legibus disputata sunt, est omnino exploratum. Ritus vero, qui in Orientali Ecclesia vigent, aut publica auctoritate Ecclesiarum instituti sunt, aut sunt consuetudines eadem auctoritate comprobatae, & etiam Apostolicae Sedis decretis roboratae; quippe quae probat ritus, mores, & consuetudines omnes Orientalis Ecclesiae, quae Orthodoxae Fidei non adversentur, & periculum fœcum non ferant animatum. Ergo ritus illi, quibus Orientalium Ecclesiarum disciplina continetur, leges sunt publica Ecclesiae auctoritate stabilitae. Hujusmodi autem legibus Fideles omnes obligantur, omnes Episcopi, & Patriarchae omnes, ac si tantum ab eis dispensare potest, qui universae Ecclesiae praesert, Roman. Pont. Vide appendix ad tractatum de legibus qu. 4.

Atque hinc patet. Primo, liberum non esse cuique susceptum ritum deserere, atque ad alium transire, cum nemo possit legem illam deserere, cui subiectus est. Secundo, unus Ecclesiae Ritus sequentibus non posse sine gravi culpa alterius Ecclesiae ritum continere; verum enim Ecclesiae legem contemnerent, & disciplinam illam, quae licet a propria Ecclesiae disciplina diversa sit, tamen in eundem finem; hoc est, in aeternam beatitudinem diversa via Fideles dirigit. Tertio, non posse Episcopos, ac multo minus Missionarios, Orientalibus propriis ritus mutationem consilium, nec eam ullo modo probare, five admittere, inconstata Apostolica Sede. Quamobrem SS. D. N. Conit. saepe cit. Demandatam, in virtute sanctae obedientiae Maronitarum Episcopis venit, ne quovismode praestitu, aut orientis, rebus spiritalibus Nationi Graeco Melchitarum, in iis, quae spectant ad iurisdictionem, & auctoritatem illius Patriarchae Episcoporum, & Patriarchae, se ingerere audeant, neve rituum subditis transmittant a Graeco ad Maroniticum Ritu transire, vel eos, qui sponte transire velint, nisi forte peculiariter a Romano Pontifice licentia intervenierit, acceptare praesumant. Et missionarii praecipit. Ne aliquid iidem suggerere, aut suadere audeant, quod liberum contemptum, atque immunitatem inducere possit, multoque minus auctoritate propria aliquid circa illa innovare, aut etiam super iidem aliquam dispensationem concedere, vel admittere praesumant. Alioquin (inquit), praeter districtam, quam Deo, Nobis, suisque superioribus (quos de urgenda huius Decreti observantia peculiariter oneramus) rationem reddent, sciant se harum Litterarum vigore privationem vocis adhaec, & passivae, & inhabilitatem ad quemcumque gradum, & officium in suis respective Ordinibus, Instituti, & Congregationibus, ipso facto incursum. In Encyclica saepe a nobis citata n. 21. Idem Summus Pontifex declarat eadem rationem ab Apostolica Sede prohiberi Ruthenorum transiuntium ad Latinorum ritum, five Ecclesiasticum sine, five Laici; Graecis vero in Italia degentibus sub Episcopis Latinis, five Laici sint, cum Episcopi permissione transiunt ad Latinum ritum permittitur, non vero si sint Ecclesiastici, quibus Apostolicae Sedis dispensatio necessaria est, ut ritum mutare valeant.

Hactenus explicata generatim ostendunt obligationem in semel suscepto ritu permanendi. Nunc ad particularia veniendum est, ac primum de his age-

mus, qui proprii ritus Episcopo subsunt, atque in ipsis Ecclesia degunt. Deinde de his Orientalibus, qui in Ecclesia videntur, quibus Latini Episcopi praesent: Denique de Latinis, qui in Orientalium Episcoporum Diocesium commorantur.

S. I.

De obligatione, quam habent, mandandi in suscepto Ritu Orientali, qui emittunt Ritus Episcopis subsunt.

Quamquam ex his, quae supra dicta sunt, manifestum est, eos, qui in propriis ritibus Ecclesia versentur, obligatos esse ad permanentem in eodem ritu, nec eum mutare posse sine suprema Apostolicae Sedis auctoritate, quae ad illum transire permittit; tamen ea hic indicare opera pretium duxi, quae sunt ab Apostolica Sede definita, ex quibus particulares, quae haec super se occurrere possunt difficultates, facile solvantur. Ea unice afferemus, quae in supra cit. Demandatam & c. pro Graeco-Melchitis Benedict. XIV. decessit; ex quibus facile colligere est, quid de his aliquo Orientalibus sit sentiendum.

Primo itaque, prohibentur Graeci ad Maroniticum ritum transire sine peculiari Romani Pontificis licentia, atque eodem modo prohibetur transiunt ad Latinum ritum, ut supra dictum est.

Secundo de his, quos Latinizantes appellant, mirum, qui a Graecis parentibus progeniti, desolentibus Graecis Sacerdotibus, Latino ritu a Latinis ad hunc diem baptizati fuerunt, eumque ritum haecenus tenuerunt, quorum magnus numerus Damaschi inventi perhibetur, neque satis haecenus ostensum fuit, cui potissimum ritui addit esse debeant, praesertim & declaratur, ut coram persona ab ipso Summo Pontifice deputanda, semel profiteri debeant, in quo ritu vivere inualit; in eoque in posterum omni variandi facultate adempta, perseverare teneantur.

Tertio statuitur, ut filii, qui ab hujusmodi parentibus post emittam ab illis praescriptam declarationem nascentur, necnon ii, qui iam nati sunt, sed nondum ad utrum rationis pervenerint, sequantur conditionem parentum, si conjuges patrum eundemque ritum elegerint; si minus, patrius ritum sequantur.

Quarto, si quos in posterum Graecos, necessitate cogente, ab defectum Parochi Catholici ritus Graeci, Baptismum, aut alia Sacramenta a Latino Praebito recipere eveniat: illi non ideo censendi erunt Latinum ritum suscipere; sed, omni dubitatione sublata, ritum Graecum, in quo orti sunt, observare teneantur. Et eum quidem, durante praesentia necessitate, in omnibus rebus, quibus possunt, & praecipue in jejuniis observant, retineant; et in reliquis vero integre remanant & prosequantur, statim ac Episcopus aut Parochus graecus supervenerint.

Quinto decernitur, ne Missionarii Latini, quos in Episcoporum adiutorium & levamen Apostolica Sedes in casu regionis mittit, utendo facultatibus sibi concessis, eorumdem Episcoporum iurisdictioni praedictum inferant, & numerum subditorum immutent: atque statuitur, & declaratur, licet tammodo Fratris Ordinis Minorum S. Francisci Custodia Terra Sanctae Parochialia munia obire

Circa Græco-Melchitas, quibus Sacramenta administrare, in suis locorum & temporum circumstantiis, quibus omnino deficiat modus habendi Parochum, aut alium Antistitem Græci Ritus, quo casu prædicti Fratres eminentem legitimum iure debita percipere licite valeant, & a jurisdictione Antiocheni Patriarchæ nullatenus ipsi dependeat, sed huic dumtaxat potestati teneantur singulis annis novulam tradere animarum Græci Ritus in ea Civitate, seu loco existentium, utpote que in reliquis eidem Patriarchæ omnino subesse intelligantur: cuius cura committitur, ut pro sui muneris implemento, ubicumque opus fuerit, Catholici Parochi eopia suppetat, quo præfati Græco-Melchitæ Sacramenta Græco Ritu recipere queant.

Nota. Ex hæcenus dictis colligitur, primo, ubi sunt plures Episcopi, qui in iisdem locis subditos proprii ritus habeant, ut sunt in Patriarchatu Antiocheno, Maronitæ, & Græco-Melchitæ, quamlibet eorum in eos tantum jurisdictionem habere, qui proprium ritum sequuntur, nec alterum posse alieni ritus Fideles ad proprium ritum suscipiendum attrahere, ac multo minus admittere. Secundo, Missionarios in eos, qui ritum Latini ritus, jurisdictionem exercere, tanquam in subditos, qui nullo modo dependunt a jurisdictione Episcoporum, qui sunt ritus Orientalis.

Tertio, Missionarios, Christianos Orientis, qui velint Schisma vel heresim ejurare, non posse horari ad mutandum ritum, nec ad Latini ritum admittere, sed eisdem in proprio ritu relinquere debere, ac Catholico ejusdem ritus Episcopo, si adfit, subiectos. Quarto, quod spectat ad Christianos Orientalis ritus, Missionarios in adjutorium & levamen Episcoporum destinatos esse; nec quidpiam facere posse, quod in illorum jurisdictionis præiudicium cedat: Quomobrem tenentur iisdem Episcopis offendere, si ab Apostolica Sede illic missos esse, sed jurisdictionem non ab Episcopis illis, sed ab Apostolica Sede habent, cuius exercitium nequeunt dicti Episcopi sine causa, & inconsulta Apostolica Sede impedire. Ex decreto Sac. Congr. de Propaganda Fide s. Decembris 1645.

§. II.

De obligatione, quam habent manendi in suscepto Ritu Orientalis, qui in Latini ritum Ecclesiis degunt.

Est illi, qui in societatem aliquam cooptantur, statim illius legibus subijciuntur, quæ fortasse de causa dicere solitus erat Augustinus, ad quam Ecclesiam venerit, eam morem confertur; tamen ut quandoque homines ex Principum liberalitate in alieno quoque dominio proprias servare leges sinunt, ita Ecclesia non solum passa est, sed etiam voluit, ut Latini in Orientalium, & Orientales in Latini ritum Ecclesiis proprium ritum conservarent, tum ut suam erga ritum omnes venerationem ostenderent, tum quod exploratum haberet, homines ita in susceptam a maioribus disciplinam ferri, ut grave nimis sit eandem deserere; tum demum quia, hæc clausula lege, maxima oriri posset confusio. Leges autem hæc de re Apostolica Sede late, sunt Constitutiones Innocent. IV. pro Græcis, qui in Regno

Cypri Latini Episcopi subiecti erant, & Leonis X. Clementis VII. Pauli III. Julii III. Pii IV. & V. Gregor. XIII. Clem. VIII. & Benedicti XIV. pro Italico-Græcis. Nemo autem rem distulitius expoliuit Benedicto XIV. qui deest. *Epist. Pastoralis*, aliorum Pontificum hæc de re constit. confirmavit, & explicavit, ac alia etiam, quæ opportuna vilia sunt, definiuit.

Primo itaque permittit, Græcos, & Albanen in Italia vel alibi sub Episcopis Latinis degentes in proprio ritu manere; ac eos, qui sunt Ecclesiæ, in quocumque Ordine minori, vel etiam majori constituti, Seculares, vel Regulariter, a Ritu Græco ad Latini ritum expressa Sedis Apostolicæ licentia transire non posse: Laicis vero, ut ad Ritum Latini ritum transire possint, Episcopatum Diocesani ritum pro sua prudentia permittere, non tamen communitatis Græcorum, seu Albanenorum huiusmodi sine Apostolica Sedis licentia, sed solum privatis personis, assensu uniuscujusque necessitate.

Secundo statuit: Infantes natos ex patre & matre Græcis, Ritu Græco, nisi alteri parentis, ac eadem Ordinarii consensu, voluerint, baptizari debere.

Tertio. Natos vero ex Patre Latino, & Matre Græca, Latinis esse ceremoniis baptizandos: proles enim sequi omnino debet Patris Ritus, si sit Latinus.

Quarto. Si vero Pater sit Græcus, & Mater Latina, liberum esse eidem Patri, ut proles, vel Ritu Græco baptizetur, vel etiam Ritu Latino, si uxor Latina prævaluerit, id est, in gratiam uxoris Latina conferens Græcum Patrem, ut Latino Ritu baptizetur.

Quinto. Infantes ad ejus Parochia jurisdictionem pertinere, cuius Ritus sunt baptizati, cum per baptismum sui suscepti Ritu Græci, vel Latini profecto, itant ad Latini ritum spectent, qui Latini ceremoniis baptizati fuerint, qui vero Ritu Græco Sacramentum baptismi susceperint, in Græcorum numero sunt habendi, adque si ante usum rationis desererint, a proprio, cuius Ritu baptizati sunt, Parocho, & in propria Parochia sunt iure communi sepelendi, nisi in baptismum collatus fuerit, vel ob gravem necessitatem, cum minimum morri proximi fuerint, nec haberi poterit proprii Parochi, vel Ritus copia, vel ex dispensatione Apostolica, cum videlicet facultas data fuerit, ut latine quidem baptizentur, sed in suo Ritu Græco permoneant: In his enim casibus non censetur a proprio ad alium Ritum transisse. Post usum vero rationis idem dicendum, nisi quis in alieni Ritu Ecclesiæ sepeliri cupiat, si quis enim Græco Ritu baptizatus, in Latina Ecclesia, vel Latina Baptismate initiatus, in Ecclesiæ Græcæ sepulturam eligat, iuxta regulam sunt servanda: nimirum cadaver extra propriam Parochiam a proprio Parocho esse associandum, quarta funerali ei minime immittenda, & ubi tumulandum est cadaver, ibi a Parochio illius Ecclesiæ seu Latine seu Græcæ ritum exequia celebranda.

Sexto. Quando vero infantibus prædictis, senectiam adultis, exequia Ritu Græco, & in Ecclesiæ Græcæ, ut præfertur, iure communi sunt celebranda, tunc nullam sui habet Latini Parochi intercessum cum Græco Parocho, nec partem aliquam

solæ

Pote percipiendi: similiter nullam sui competere Parochæ Græcæ, quando exequia in Ecclesiâ Latina, & per Latini Parochum sunt peragenda, sed ferenda sunt utrobique statuta de iuribus Parochorum, circa sepulturam eorum, qui ad propriam Parochiam spectant.

Septimo. Quem Ritum semel in baptismo sunt professi, seu Latini ritum, seu Græcum, in eo insistenti, & educari debent, nec ad alium ritum transire, si Latini ritum susceperint. Ritum enim Latini ritum propter suam præstantiam, eo quod sit Ritus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ omnium Ecclesiarum mater, & magister, sit supra Græcum Ritum prævalens, maxime in Italia: regionibus, ubi Latini Episcopi Græci subiecti sunt, ut non modo ab ipso ad Græcum ritum nullatenus permittatur; verum etiam a Græcis semel assumptis, abque Apostolica dispensatione, deseri nequeat. Hinc Maritus Latini Uxor Græcæ ritum sequi non potest, nec Latina Uxor mariti Græci. Græcus vero maritus potest, si velit ritum Uxor Græcæ sequi; & Græca videtur Uxor mariti Latini, post cuius obitum ad Ritum Græcum redire nequit.

Præter hæc, quæ s. 2. & 8. citata Constit. sunt explicata, s. 9. præscribitur, quæ ratione Græcus Ritus in Italia, & Insulis adjacentibus sit observandus. Ac primo quidem, Græcis ipsis, & Albanenibus Ritus Græci inter Latinos degentibus, tam Prælati, Parochi, & Presbyteri Secularibus, quam Regularibus, & Laicis, ut in Ritibus, atque observantiis, & consuetudinibus, ut, ac illos, & illas observent, Missalæ & Divina Officia secundum eorum antiquam consuetudinem celebrare libere, ac licite possint, concedit, & indulget. Sic vero id ipsi permittit esse declarat, ut quæ a Fidelibus in diocesi, ubi ipsi habitant, universim, & sine ullo Personarum, & Rituum discrimine, iuxta sacros Canones servanda sunt, ad eadem etiam ipsi, non obstante rituum diversitate, obligati censentur. Cujusmodi sunt. Calendarii Gregoriani observatio, de quo diximus in appendice ad tract. de legibus; Summi Pontificis, & Ordinarii Loci in Missis, ac divinis officii commemoratio: non vero Patriarcharum, & Antistitis Orientalium, quibus addere licet commemoratio Græci Catholici Antistitis, ubi ex licentia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii Loci, Pontificalia exercere permittitur: subiectio etiam Constitutionibus Apostolicis contra sollicitantes, ut loco supra citato diximus: denique dies festos de præcepto Latine, ubi degunt, Ecclesiæ servare tenentur.

Secundo. Ad observationem vero jejuniorum, & vigiliarum ejusdem Latine Ecclesiæ, si tota Loci Græcorum communitas, vel potius Latincorum pars Parochi, & Presbyteri consensu induci possit, opimum est; idque abque alia Sedis Apostolicæ dispensatione, arbitrio Ordinariorum relinquatur Latini ritum: Non tamen ad id cogi debent, si velint Ritum suum in jejunii sequi, cum ipsi qualibet hebdomada, feria quarta, & feria sexta, ut asservitur, soleant jejunare; neque privatis personis fas sit, ubi Parochiam Græcam habeat, ibi contra proprium Ritum, Latini ritum more jejunia, & vigiliis servare; sed omnes vel Græcæ cum Græcis, vel Latine cum Latinis jejunent. Ubi vero propriam Parochiam non habent, ibi libere, & licite possunt in omnibus Latino ritui sese conformare, sive Antiquæ Theol. Mor. T. II. P. II.

Laici sint, seu Presbyteri, excepto Græco Ritu, qui in Missis, ac divinis officii a Presbyteris esse servandus.

Tertio. Ubi Parochiam Græcam habent, tolerandus est apud Græcos ejus carnis die Sabbati, si sine scandalis fieri potest, in locis autem ipsorum, & inter eos tantum.

Quarto. Prohibetur tamen Græci sui Famulis Latinis cibos vitæ non apponere die Sabbati, sive alio quocumque tempore, quando prædicti Græci carnes comedere licet, sive alio quocumque tempore, quo Latini debent ab illis abstinere: Latini enim famuli Græcorum, Latini Ritum servare tenentur.

Quinto. Tolerandum est, ut ad jejunium eodem die Sabbati in quadragesima, excepto uno Sabbato die Sancto, ex antiqua traditione, non teneantur, sed dumtaxat ad abstinendum. In jejunio quoque biduum, vel triduum, vel aliis a Diocesanis, vel in Jubilæis a Summo Pontifice Romano indictis, dies Sabbati in eis comprehendunt, vel præsertim, in alium diem pro Græcorum plebe ab ipsa Diocesanis Apostolica autoritate permittitur commutari. Vide append. ad tract. de jejunio.

Sexto. Mandat, ne plebibus Italico-Græcis præficiantur Sacerdotes a Latino Diocetano Episcopo ordinati, qui Latino ritu ministrant; sed Græci, vel Albanenses, Catholici tamen sine Advenæ, sive Indigenæ, Græco ritu viventes; & non Presbyteri Latini, nisi specialiter per ipsos Græcos vocati, sed immisceant Græcorum functionibus. Prohibetur quoque Clerici, Presbyterique Græci in Latino um Ecclesiis Missas, & alia Divina Officia, cum sollempnitatibus, & cantu celebrare, nisi Episcopus, cuius jurisdictioni subijciuntur, vel ejus in spiritualibus Vicarius Generalis licentiam concedat: quam tamen licite concedere valeant, etiam si nulla præcisa necessitas adit, sed aliqua tantum spiritualis utilitas inde speretur.

Septimo. Præcipit, ut in præcedenti Clericorum Latini ritum, & Græcorum, nisi consuetudo aliter obtineat, non attendatur Ritus Græci, & Latini diversitas, sed tempus ordinationis prædictorum Clericorum, vel qualitas Ecclesiastica dignitatis, si aliqui eorum ea insigniis reperiantur, vel cetera qualitates, quæ iure suo in sollempnitatibus Ecclesiasticis principum locum sibi vindicare solent.

Octavo. Ita Græcos Ritu servare permittit, ut Latini ritum Episcoporum, in quorum Diocesi degunt, jurisdictioni subiecti ita censentur; ut non observantibus quibuscumque exemptionibus, & privilegiis dictis Græcis, eorumque Prælati, Rectoribus, Abbatibus, & aliis tam Sancti Basilii, & alterius Ordinis Regularibus, qui privatum vitam degunt, nec in congregationem sui redacti, quam secularibus, ac etiam Laici Personis quocumque nomine nuncupatis, ita Latini Ordinarii Locorum, quos habitant, debent esse subiecti, si velint locum Ordinaris qualitates commensuræ Græcorum, & Albanenium Ecclesiis, Monasteria, Prioratus, alia Pia Loci, tam secularia, quam casus Ordinis Regularis, eorumque Prælati, etiam Episcopi, Archiepiscopi, ac majores dignitates præstantes; nec non Abbates, Rectores, Ministros, & quales alias ejusdem Nationis personæ in suis Civitatibus, & Diocesium consistentes, quoties opus fuerit, videntur.

fiare, ac in illis suam ordinariam jurisdictionem, plenamque, & omnimodam auctoritatem, in iis que Dei cultum, Sacramentorum administrationem, ac animarum salutem, huiusmodi excitationem concernunt, exercere, & exequi libere, & licite valeant.

Nono. Ubi vero duo essent Episcopi eiusdem Locum a Sancta Sede Apostolica deputati, unus Latinus, alter Græcum (quem admodum in Calabria partibus, & in Sicilia olim fuisse perhibentur, & nunc in quibusdam Græciæ Insulis existunt) Episcopos Latinos de Personis Ecclesiasticis, & Sæcularibus Græci, ac de jurisdictione Episcopi Græci, vel alius quibusvis ad Episcopum Græcum, quomodolibet spectantibus, nullatenus se intrinmiscere presumat: sed Episcopum Latinum, Episcopos vero Græcos Græcorum dumtaxat curam, & jurisdictionem respective habeant, & exerceant. Id quod de Episcopis Græcis pro Ordinatione Italo-Græcorum Romæ, vel in Calabria per Sedem Apostolicam constitutum, intelligendum non est, cum facultatibus Ordinariarum careant.

Decimo. In Diocesi, ubi Latini, & Græci inhabitant, & solum Archiepiscopus, seu Episcopum Latinum Ordinarium habet, dictus Archiepiscopus, seu Episcopus, circa negotia, & causas dictorum Græcorum, Vicarium Græcum ipsi Græcis gratum, vel per ipsos Græcos eligendum (ex quo Græcus Vir melius Græcos mores novit, quam Latinus) ipsorum stipendio, & salario retinendum deputet; & in causis appellationis ad Metropolitanum, qui forsitan Græcus non esset, dictum Metropolitanum similiter in dictis causis iudicem Græcum deputare teneatur. Reliqua Inducimus, dum de singulis Sacramentis agemus.

Nota. Ad conservandam pacem inter Armenios unius Regni Polonie, & ob alias gravissimas causas, Sac. Cong. de Propag. Fide annuente Sanctissimi, decreti, ne de cetero Armenis unius sue laici, seu Ecclesiastici Sæcularibus, quam Regularibus ad Latinum Riturum, quacumque de causa sine specialis Sedis Apostolicæ licentia transire liceat: & proinde omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & Officialibus Armenorum univorsim districte precipiendo mandavit, ne deinceps licentiam pro huiusmodi transitu subditi sui, cuiuscumque gradus, & conditionis existant, concedere presument: & Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælati Latinis, & eorum Officialibus, ne deinceps Armenos prædictos unius ad Latinum Riturum transire volentes quovis pretextu, aut causa vetiam cum licentia Armenorum Prælatorum suorum recipere audeant sub pena nullatenus altius. Die 2. Aprilis 1669.

§. III.

De obligatione, qua Latini in proprio Ritum permanere tenentur.

Plura sunt, que peculiarem in Latinis permanentem in proprio Ritum obligationem monstrant. Primum quod Latinus ritus sit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, que omnium Ecclesiarum est Mater, atque Magistra: Deinde quod Clemens VIII. alique Romani Pontifices, ac præsertim Benedict. XIV. utraque a nobis supradicta constituitio, semper ex-

presse prohibuerint Latinos ad Græcum ritum transire: denique, in partibus Orientis, ubi hæc Latini ritus mutatio contingere posset, si paucos excipias, omnes ferme Schismatici, vel Hæretici sunt; adeoque si Latini ad Græcum, vel alium orientalem ritum transirent, fædè periculo exponerent labendi in hæresim; quia ritus huiusmodi suscipiendo, cogentur saltem progressu temporis Sacramenta recipere, ac verbum Dei ab Orientalibus Sacerdotibus audire, ut plurimum Hæreticis, & Schismaticis, a quibus facile in errorem induci possent, ut arguuntur Verriællus Tir. III. de Leg. q. 81.

Hinc cum Pater Albertinus Societatis Jesu Missionarius in Insulis maris Egei, in quibus omnes Græcum ritum sequuntur, dubium proposuisset Sacre Congreg. quod sequitur. An possint absolvi fideles Ritum Latini, qui transierint ad Ritum Græcum, & in illo vivunt, concedendo carnes die Sabbati, ac per omnia Ritum servant Græcorum? die 7. Julii 1639. responsum fuit: Possent absolvi, nisi intendat perseverare in Ritum Græco, sine dispensatione, nisi iuxta necessitas excuset.

Atque hinc sequitur primo, Missionarios, a Sac. Congreg. ad Orientales destinatos teneri ad omnia Latinorum jejunia servanda, sicut etiam reliqua, que Latine Ecclesiæ disciplina præcipit, cum sine Apostolicæ Sedis dispensatione Latine Ecclesiæ ritum mutare nequeant. Errat ergo Pasqualius, ut est etiam a Verriællio notatum, dum ait, Missionarios inter Orientales non teneri ad jejunia, que extra Quadragesimam Latini servant, quod hæc apud Orientales non vigeant, ac fortasse nunquam vigerint. Nam præterquam quod Latinum Riturum, qua parte possunt, omnino servare tenentur, ut ex Romanorum Pontificum decretis liquet, tum in citatis a nobis Constitutionibus, tum etiam Sacrarum Congregationum definitionibus, pluries declaratum est, Latinos in Oriente degentes, vigilias, aliaque propria Latine Ecclesiæ jejunia servare debere.

Sequitur secundo, non rectè sentire Thomam a Jesu, dum de Conversione omnium gentium lib. 6. cap. 8. v. 2. ait: Sæculares domicilium habentes in Ecclesiæ Græcæ, vel alia Schismaticorum, quale nunc sunt Lusitani multi in interiori Æthiopia, posse se consuetudini accommodare & debere, maxime si sit scandalum, nisi alias vellent ipsi in omnibus Latine more vivere, habeantque ministris Ecclesiæ Latine: nam tunc certam esse nullatenus teneri. Etenim ex generali consuetudine ritus Orbis Christiani, nullus obligatur proprium ritum deserre, quod nimis durum sit, antiquumque, qui inter Latinos degunt, proprium Ritum mutare coguntur. Nec video in hoc scandalum esse posse ullum, cum hæc consuetudo notissima sit, ut ex Leonis IX. epistola liquet, que est ad Michaelæ Patriarcham Constantinopolitanum, cuiusque verba nos supra retulimus. Præterea a Romanis Pontificibus expresse vetitus est transitus a Latino ad alium Ritum; imo ne Latine quidem uxori ad Græcum viri Ritum transire permittitur. Pro his ergo etætena edicta regula, quam Benedictus XIV. Constit. Demandatum pro Græco-Melchitis præcipit: scilicet, ubi Latini necessitate cogente, ob defectum Parochi, & alterius Sacerdotis proprii Ritus, Baptisimum, aut alia Sacramenta ab Orientali Presbytero recipere veniant, si-

le

CAPUT IX.

De Ritibus Apostolicæ Sedis auctoritate præscriptis, deque iis, qui rejiciendi videntur.

Non omnes hic recensendos suscipimus ritus, quos Apostolica Sedes etiam ab antiquis temporibus damnavit; sed eos tantum, quos in regionibus, in quibus hæc sætate nostra facere missiones videntur, adhiberi, aut tolerari posse prohibuit. Primum vero eos indicabimus, quos in Indiis Orientalibus, præsertim apud Sineses, & Malabares nec usurpaui, nec ferri ullo modo posse definivit. Deinde eos, quos damnavit in Constit. quam edidit Benedictus XIV. pro Regno Serræ, eique finitimis regionibus. Ac denum illos, qui in aliis missionum partibus tolerari non posse videntur.

§. I.

De præscriptis Ritibus Sinesibus, & Malabaricis.

AD Sineses quod attinet, ritus indicamus Apostolicæ Sedis decretis pluries damnatos, quorumque prohibitionem Clemens XI. Constit. que incipit Ex illa die, & Benedictus XIV. Constit. cuius initium est: Ex quo singulari, comprobaverunt. Primo itaque statuitur. Cum Deus Optimum Maximum congrue apud Sinas vocabulis Europæis exprimi nequeat, ad eundem vero verum Deum significandum, vocabulum Tien Chò, hoc est, cali Dominus, quod a Sinesibus Missionariis, & Fidelibus longo, ac probato usu receptum esse dignoscitur, admittendum esse: nomina vero Tien Cælium, & Xang Ti Supremum Imperator penitus rejicienda.

Secundo. Idcirco Tabellæ cum inscriptione Sinica King Tien, Cælium colito, in Ecclesiis Christianorum appendi, seu jam appensas inibi retineri, permittendum non esse.

Tertio. Nulla de causa permittendum esse Christianis, quod præsent, ministrent, aut intersint sollempnibus sacrificiis, seu oblationibus, que a Sinesibus in utroque æquinoctio cuiuscumque anni Confucio, & Progenitoribus defunctis fieri solent, tanquam superstitione imbutis. Similiter nec esse permittendum, quod in Ædibus Confucii, que Sinico nomine Miao appellantur, iidem Christianis exerceant, ac peregrant ceremonias, Ritum, & oblationes, que in honorem ejusdem Confucii sunt, tum singulis mensibus in Novilunio, & Plenilunio a Mandarinis, seu primariis Magistratibus, antequam dignitatem adeant, seu saltem post ejus possessionem adeptam, qui postquam ad gradum sunt admissi, & vestigio ad Templum, seu ædem Confucii se conferunt.

Quarto. Non esse permittendum Christianis in Templis, seu Ædibus Progenitoribus dicatis, oblationes minus sollempnes eidem facere, nec in illis ministrare, aut quomodolibet interire, vel alios Ritum, & ceremonias peragere: nec oblationes huiusmodi, Ritum, & ceremonias coram Progenitorum Tabellis, in privatis domibus, seu in eorumdem Progenitorum sepulcris, seu antequam defuncti sepultura tradantur, in eorum honorem fieri consue-

z

z

fuctus, una cum Gentilibus, vel seorsim ab illis peragere, eisque ministrare aut interesse. Imo cum omnibus hinc inde perennis, predicta omnia ita peragi compta sunt, ut a superstitione separari nequeant, Christiana Religio cultoribus, nequidem permitti possunt, praemia publica aut secreta promotione, seu non religio, sed civili, ac politico tantum cultu erga defunctos illa praestare, nec ab eis quidem petere, aut sperare.

Quinto. Permittendum non esse Christifidelibus, Tabellas defunctorum Praesentiorum in suis privatis Domibus retinere, juxta illarum parium morem, hoc est cum inscriptione Status, qua Tabrona seu defuncti Spiritus, vel Anima N. significetur, imo nec cum alia, qua Sedes, seu Tabrona, adeoque idem ac priori, licet magis contracta, inscriptione designari videatur. Quo vero ad Tabellas solo defuncti nomine inferioris tollerari posse illarum usum dummodo in eis conficiendis omittantur omnia, quae superstitionem redeunt & scelus scandalo, hoc est, dummodo qui Christiani non sunt, arbitrari non possint, Tabellas hujusmodi a Christianis retineri ea mente, quo ipsi illas retinent, nec non adiecta insuper declaratione ad latum ipsarum Tabellarum appendenda, qua, & quae sit Christianorum de defunctis fides, & qualis filiorum ac nepotum erga progenitores pietas esse debeat, enuncietur.

Venio ad Malabaricos. Primo prohibentur in baptizandis tam pueris, quam adultis omittere Sacramentalia jubenturque omnia palam adhibere, & signantes saluam, sal. & infusiones, quae ex Apostolica traditione Catholica Ecclesia recepit, & ab recondita in his sacris caeremoniis aeterna erga nos bonitatis mysteria, sancte, & inuolabiliter custodire. Ac Missionarii grauis diligentia arguuntur, quod recum non haberint ad Apostolicam Sedem pro obtinenda facultate dispensandi circa usum praedictorum Sacramentalium, declaranturque, male se gessisse Episcopos, concedendo hujusmodi dispensationes inconiulta Apostolica Sede. Haec dispensatio concessa fuit a Clemente XII. aetate ad alium decemum propaganda Sacl. Mem. Benedicto XIV. anno 1744. omnibus tamen Missionariis distributa praecipiendo, ut hac dispensatione beneque a Sede indulta, non nisi certis in casibus, & cum grauis id necessitas postulabat, de quo eorum conscientia operetur, auantur, nec nisi in praedictis casibus saltem usum in administratione hospitum possint omittere, & occultas adhibere infusiones, modo ita, qui se baptizandos offerunt, in ea non sua opinione, ut erudant saluam, atque infusiones hujusmodi inueniant esse, atque indicantes Sacramentalis Ritus mysterium, qui enim adeo falsa, atque distorta persuasio imbuti essent, tanquam indigni & incapaces Sacramenti Baptismatis licite suscipiendi, ab eis repellendi essent.

Secundo. Statuitur ne Christianis nomina impendant Idolorum, vel falsa sectae Penitentium, atque eorum quantum fieri potest, ut, juxta laudabilem Ecclesiae consuetudinem baptizando a Baptizante nomen imponatur alicuius Sancti in Martyrologio Romano descripti.

Tertio. Monentur ne Baptisma Infantium, ex Christianis parentibus ortorum, diu prorohatur, non sine maximo dictorum Infantium salutis discer-

mine; Sed sacrorum Canonum memores, iterum breviorum, quam fieri possit, attentis circumstantiis, Genitoribus praesentem, grauior conscientiam eorum onerantes, nisi filios intra praefixum tempus ad Ecclesiam deserant, Sacro fonte abluandos.

Quarto. Prohibetur contrahi matrimonium iuxta morem regionis ab Infantibus sex, aut septem annorum, ex Genitorum consensu, qui Matrimonium indissolubile de praesenti contrahant per impositionem Taly, seu aureae Telleris nuptialia Uxoribus collo pensis, & ne hujusmodi matrimonia irrita inter Christianos fiant, neque sponsus ita conjunctos cohabitare sinant, donec completa legitima aetate, & explorato eorum consensu in faciem Ecclesiae, verum & Canonicum matrimonium contraxerint, juxta formam a Concilio Tridentino praescriptam in locis, in quibus decretum dicti Concilii in cap. 1. sess. 24. de Refor. Matrim. publicatum est, & impo-
pottum publicabitur, neque eius obseruancia sit impossibilis.

Quinto. Prohibentur Christianae mulieres ad col- lum appendum deferre Taly, quod inaginem licet informem praesertit Pallaeis, seu Pyllaeris Idoli nuptialibus caeremoniis praepositum, & ne Uxoribus inuoluntate videantur, uti poterant alio Taly, vel Sanctissimae Crucis, vel D. N. Jesu Christi, vel B. V. M. vel alia quavis Religioe Imagine ornato.

Sexto. Declaratur, superstitione non eaere fun- culum centum & octo filis compositum, & croceo siccio delinitum, quo plerique dictum Taly appendunt, quomobrem prohibetur dictorum filorum numerus, & unctio.

Septimo. Interdicuntur caeremoniae Nuptialium iuxta harum Regionum morem, cum uideatur noxia Gen- tilitatis laebs scateant, & dissillimum sit, eas a superstitionis expurgare. Quomobrem Missionariis, eorumque superioribus injungitur, ut nouis adhibitis diligentis, supersticiosa omnia a dictis caeremoniis expungant, & signantes, praeter susatas in hac materia ab iisdem Missionariis reformationes, ramis arboris Arefcomara omnino auferatur, ferculorum numerus, non minus ac cibi praescripta qualitas varietur, circuli super caput sponsorum ad tollenda maleficia omittantur; & quod de ferculis dictum est, de luteis vasis ibidem adhiberi solitis dictum & prohibitum intelligatur.

Octavo. Fructus vulgo dictus Cocco, ex cuius fradione profervitatis, vel infirmitatis suscipi Gen- tiles temere ducunt, vel omnino a Christianorum nuptiis reiciuntur, vel saltem, si illum comedere velint, non publice, sed secreto & extra sollempnitatem aperitur ab his, qui Evangelica luce edo- cti, ab hujusmodi auspiciorum delinamento sunt immunes.

Nono. Decernitur, non licere Antistarum Paph- ribus, nec per seipos, nec per Catechistas, nec per alios quoscumque mulieribus mensurali multo labo- ransibus prohibere accessum ad Ecclesiam, vel ad confessarium, durante dicta infirmitate, & dicta purificationis tempore.

Decimo. Prohibentur festiue gratulationes, in prima puellarum purificatione nisi fieri solent, Mis- sionariisque injungitur, ut non solum eas, verum etiam Genitores moueant, quam distina sit virginis pudori legibus ejusmodi obsequa consuetudo, quae a Gentiliu impudencia videtur indulta, ut ita
laebs

labefactata puellarum verecundia eas effrenate ad libidinem provocare valent.

Undecimo. Statuitur ne hominibus abjecta & infimae conditionis, vulgo dictis Pareas qui Christiani sunt, desiderata relinquatur in infirmitate copia Confessarii: & ne, ingravescentibus morbis cum gra- vissimo vite corporalis periculo, ii aeterna consule- re cogantur, Missionariis praecipitur, ne infirmos hu- jusmodi conditionis ad Ecclesiam deferendos expectent, sed consultius donos ubi agrotant, pro viris bus petant ad eos inviolandos, ac piis sermonibus & precibus, Sacramentorumque pabulo recreandos, atque demum eos in extremo vite discrimine con- stitutos sancto infirmorum Olivo deliniant absque per- sonarum aut sexus acceptione, damnaturque ex- presse quacumque praeris huiusmodi pietatis officio contraria. Praeterea monentur iidem Mis- sionarii, ne ad Baptisum admittant Idolos, qui in ea- sunt opinione, Pareas a Deo esse reprobatos, & ideo nullam posse sperare salutem, nisi eam opinio- nem deposuerint.

Duodecimo. Prohibentur Christiani Tympanorum pulsatores, Tibiales, vel alterius cujuscumque in- strumenti musici sonatores, ne inopertum audiant, nec in Pagodis, nec extra, tum occasione sacrificio- rum, tum quacumque sollempnitatum supersticio- so cultu imbutarum, sonare, aut canere sub vana excommunicationis laebs sententiae, de qua Missiona- rii non solum eos monere tenentur; verum etiam illam vniuersis executioni demandare, & contrafa- ctum ad Ecclesiam expellere, donec ex corde resipis- cant, & publicis penitentiae signis patratum scan- dalum emendauerint.

Tertio decimo. Declaratur Pontificiam constitutio- nem Gregorii Pape XIV. incipiens. Romanae Sedis Antistes: ad petitionem P. P. Societatis Jesu dita- tam, qua indigeni Christifidelibus lavacro non alia occasione, & sine, quam corporis respiciendi, & a naturalibus sordibus mundandi, ab Apostolica Sede perimitur, interdicit tempore, & modo, quibus a Gentilibus adhiberi solent, aequae officere E- uangelicos Operarios, quibus propterea non liceat sub quacumque alia causa, & sine, etiam ad ef- fectum, ut excipiantur Santos, seu Brachmannes praeter ceteris deuti hujusmodi ablutioibus, illis ut praesertim status eorum horis, & ante, vel im- mediatu post quacumque sacram functionem.

Quarto decimo. Prohibetur, cineres ex Vaccae ster- core confectos, & impiam Gentiliu penitentiam a Ruten institutum redolentes benedicere: eosque fronti Sacro Christiano delimitae impingere, sine quacumque alia hens albi, vel rubri coloris, quibus Indi supersticiosissimi in fronte, vel in pectore, aut in alia quavis corporis parte utuntur, deserere, praecipitur vero, ut Sanctae Ecclesiae consuetudo- pique Ritus Cineres benedicendi, illisque Christiano- rum caput Graeco signandi ad humane infirmitatis memoriam reculemdam, religiose seruentur, tem- pore, ac modo ad Ecclesiae praescripto, scilicet feria quarta Cinerum, & non alia. Haec tum ab aliis Summis Pontificibus, tum a Benedicto XIV. Consti- tucio incipit, Omnium sollicitudinum; definita sunt.

9. II. Recensentur ea, quae praefigata sunt in Const. Bene- dicti XIV. Inter Omnipotas, quae est pro Inoc- entio Regni Serbia, & finitimarum Regionum.

PRIMO vniuersum prohibet, ne ad occultandam Christianae Religiois professionem Christiani quidquam faciant, quod praeter professionem ferat Mahumeticae fidei, scilicet, ne Circumcisionem sus- cipiant; nomina Turcica, quorum nec memores esse debent, per labia sua effundant; abominata Infidelium Teopla, quae Moyses vocant, frequen- tent; neve Ecclesiasticorum jeiuniorum dies carnum estu prophanent, eo sine, ut Mahumetiani credatur; Quod haec omnia est fides Christi in corde teneatur, fieri nequeant sine Mahumetis errorum simu- latione.

Secundo damnat vniuersum (ependendi Circularum cadavera in Turcarum sepulchris, cum Turcarum assistentia, & Mahumetis ritibus.

Tertio, qui hujusmodi decretis non parent, in- capaces declantur Sacramentorum in vita, & si impotentibus decedant, suffragiorum post mor- tem: penititque subijciuntur Canonici Ministri illi, qui hos ad Sacramenta admittere praesumant.

Quarto, a Sacramentis quocumque arcende iubentur mulieres, quae nuptiarum nomine in Turcarum con- tubernium admittit, vitam ibi agent ab omni reli- gionis exercitio remotam, etiam interitus se fidem proficere afferant, quia fides sine operibus mortua est.

Quinto, tum mulieres antea dictae filios Para- chis baptizandos exhibent, si eorum vite pericu- lum imminere videatur, sacro lavacro abluere non dubitent, admonitis maribus ut si filii conuale- rint, ipsos in Christiana Religione sedulo educare procurent. Si vero filii validi sint, nihil Pontifex Summus expresse decernit, sed hortatur Ministros, ut invocato cum gentilibus lumine Spiritus Sancti, juxta illius dictatum, & prudentiae viae didicima se gerant. Hos vero, si ad baptismum admitti posse crediderint, maribus inculcare iubentur discretam obligationem, quam habent hujusmodi Ecclesiae filiis, si ad rationis usum peruenierint, notam face- re veritatem Dei, eisdemque in disciplina, & cor- reptione Domini educare.

Sexto, irrita atque nulla declarat matrimonia, quae vel coram solo Turcarum Iudice, Caddi dicto, vel per solos sponsos, & non ad praesentem contrahuntur Concilii Tridentini, sed in illis par- tibus publicatum, usque receptum est: atque adeo eos, qui ita contraxerint, si conuuant, tanquam in illicito concubitu versari; arcendoque a Sa- cramentorum communione, nisi de praeterito peni- tentiam agant, & iuxta matrimonio in facte Ec- clesiae iungantur.

Septimo, Matrimonio a fidelibus rite contracto, eisdem minime permitti, ne quidem ob causam eorum a Turcarum rapta seruanturum, idem eorum Caddi per Procuratorem Turcico ritu conuocare; nisi tamen nullatenus nuptiarum ritus sit mere civilis & nullam Mahumetis invocationem, aut aliam quocumque superstitionis genus inclu- dat.

Oratio, Proclamationes a Tridentino statutas, quae in Concilio Albano Parochis Servire praescribuntur, adempta dispensandi facultate extra urgentis necessitatis occasionem, quum fieri potest; observari praecipit.

Nono, declarat non dissolvi matrimonium per uxoris fugam, & nuptias ab ea cum Turcis contractas; adeoque si vir deinceps nupserit, in concubinae versari. Nec Sacramentorum capaces esse mulieres Christianas, vel vi a Turcis raptas, vel a puellis nuptas, quumquid in hoc concubinarum versantur, etiam si Turcis iuxta Uxoris loco habeantur.

Decimo, Jubet Episcopis, & Missionariis, ne facultatibus sibi ab Apostolica Sede communicatis, inconsulto, vel erga immeritos utantur, neve terminis sine potestate transgrediantur; quamobrem vetat, dispensationem ullam concedi Mahumetanorum ritus simularibus, vel in casibus quibus *matrimonium juxta Ritus Ecclesiae Catholicae, & valde, & sancto celebranda non esse praevideatur*. Atque mox inter facultates eis communicatas, non reperiri facultatem *dispensandi super impedimento iustitia publice honestatis, proveniente ex matrimonio rato, quod alias inter alterutram partem, & alterius consanguinitatem in primo gradu, intercesserit, sed ante consummationem, vel morte, vel aliter legitime solutum fuerit*.

Undecimo, praecipit in celebratione nuptiarum observari tempora ab Ecclesia praescripta: non vetat vero his temporibus nuptiis interesse officii causa, quae a Turcis celebrantur, si sine scandalo, & Creatoris injuria fiat, ac dummodo in illis nihil fiat, quod superstitionem redoleat.

Duodecimo, vetat cognationis spiritualis gradus ultra illos extendi, quos Trid. Synod. praescripsit, declaratque nullam cognationem oriri ex *assensu matrimonio praestito, etiam ad contrahendum invitationem, sicut nec inter eos, a quibus capilli pueris primo tenduntur*.

Tertiodecimo, retineri praecipit Missalis, Ritualis, Cereimonialis Romani usum, rejectis Ritibus, & precationibus aliunde petitis: caeremonias, Baptismi, vel non omitti, vel citro suppleri; atque aquam Baptisterii juxta ritum Romanum benedici, & in Baptismo adhiberi.

Quartodecimo, in sepeliendis cadaveribus omnes Turcarum superstitiones devitari jubet, a quibus *profecto originem trahunt superstitiones quaedam ritus, veluti lotiones, quae incesu Thure, & cerarum graecarum recitatione, quae a Catholica improbandur Ecclesiae, peraguntur*.

§. III.

De reliquis Ritibus, qui vel proscripti sunt, vel rejiciendi videntur.

HABENS ritus recentissimos, qui proscripti sunt in Constitutionibus, quae circa ritus Sinenfes Malabaricos, ac circa abusus illos prodierunt, qui in Christianam religionem irreperant in Regno Servitum finitimisque Regionibus. Nunc abusus illos recensimus, quos Auctores apud alias gentes vigere referunt. Initium autem sumimus ab Abissinis, dicemusque de reliquis ordine.

Abissini, seu Aethyops Circumcisionem adhibent, quam apud Aegyptios quoque nonnullos in usu esse, Auctores testantur. Supremae Inquisitionis decreto anno 1637, statutum fuit: *non esse quocumque praetextu tolerandam Circumcisionem. Praeterea vero corrigere oportere subditos, quorum possessum contumaceque arcendos esse a communione*. Et quidem jure atque merito, nam circumcisio ab Iusurionum gente adhibetur, vel ut Hebræorum aut Mahumetanorum caeremonia est, vel ut Christianum, qui circumcisus fuit, imitentur, fere, ut illi volent, in signum honoris & nobilitatis, ut ostendant se ex Davidica gente originem trahere. Ad nullo ex his modis Circumcisio licita esse potest: Ut enim Hebræorum, vel Mahumetanorum est caeremonia, ritus falsus est, vel falsae religionis testera, ut ex dictis liquet: A Christo Domino adhibita fuit, ut caeremonia legalis haec autem caeremonia Christianis prohibita est. Hinc S. Th. in 4. dist. 4. qu. 2. art. 6. qu. 3. ad tertium ait: *non posse honestari usum Circumcisionis ex quocumque sine bono, quia ex prohibitione factus est malus: Et alius malus non honestatur propter bonam intentionem*. Igitur ne quidem in signum nobilitatis usurpari poterit.

Nota. Si verum est, quod nonnulli narrant, Aegyptios nonnullos tum masculos tum feminas circumcidere, natura id exigente, quae sine Circumcisione ad propria obaedna nuptia inepta foret, nihil reprehendi poterit, sed curandum aliud erit, ne ex hac Circumcisione scandalum ulli pariantur, neve superstitionem involvat.

Refert Thomas a Jesu Abissinis in festo Epiphaniae quolibet anno post benedictionem aquae, matres feminasque ter in aquam mergere prolata etiam baptismatis forma. Haec etiam caeremonia utilis est; abluere enim hominem proferendo baptismatis a Christo instituti formam, vel est baptismum conferre, aut Baptismum simulare. Nefas autem est baptismum a Christo Domino institutum aut iterare aut fingere. Ajust, se illic facere in memoriam baptismatis Christi. At esse licet vel simplicis abluitione, vel alia ex arbitrio instituta caeremonia, Christi baptismum in memoriam revocare, nullo modo licitum esse potest pro hac caeremonia Sacramentum usurpare a Christo Domino pro animarum regeneratione institutum, quod iterari non liceat, quodque sine injuria fingi, seu simulari non possit.

Aegyptii, ac Syrorum plerique in eo errore versantur, ut ante determinatum tempus, hoc est ante definitum certum diurnum numerum, nefas putent parvulos baptizare; quamobrem plures perire solent sine necessario ad salutem consequendum remedio. Accedit etiam, quod falso credant, nunquam licere Laicis baptizare, aut validum non esse collatum ab ipsis baptisma. Sed de his infra.

Supra citatus Thomas a Jesu inter Jacobitas nonnullos esse refert, qui Baptizatorum fronti ferro eandem crucem imprimunt. Haec autem caeremonia omnino rejicienda videtur. Nam praeterquam quod arduum reddit omnibus ad salutem necessarium remedium, Seleucianorum redolere videtur haereticum ab Ecclesia damnatum, quae etiam igne homines baptizandos esse continebat.

Le.

Inter Syros quoque, Nestorianos plures vigere abusus, ritibusque damnanos narrat Affemannus in sua Orientali Bibliotheca; scilicet horum nonnulli Baptismati Circumcisionem addunt; & qui peccatum originale negant, dum pueros baptizant, exorcismos omittunt, quos adultis tantum convenire posse arbitrantur, in quibus reperiri potest peccatum. Rursus pueros morti proximis solo oleo consignat, ac inter eos nonnulli sunt, qui eos iterum baptizant, qui alia aqua, praeter eam, quae oleo unctiois consecrata fuerit, baptizati sunt. Ineptè pariter credunt, pollui aquam baptismatis, sacrum oleum, vasa sacra, & alia hujusmodi si a Laicis, vel a Sacerdotibus, qui jejuni non sint, tangerentur: Item pollui quodque credunt Altaria si ad ea vel mulieres, vel Laici, aut Clerici Sacerdotisque non jejuni accedant, imo & Ecclesiam ipsam, si quis in eam sine calcis ingrediatur. At vana ineptaque credulitates sive, ut vana credulitas appellatur Constitutione supplicata. Demandantur &c. files illa Graecorum, qui putant jesum frangere Sacerdotes, si dum facrum faciunt, vellibus utantur, quos antea aliter Sacerdos adhibuerit, vel si in Altari celebrant, in quo eodem die Sacerdos alter celebraverit. Haec itaque hujusmodi caeremoniae, quae ad Dei augendum promovendumque cultum non conferant, sed ineptas peritus a sacris Officiis rejiciende, ut quilibet ex his, quae cap. I. & II. disputavimus, facile intelligere poterit.

Armeni Schismatici, ut capite sexto diximus, dum sacrum faciunt, aquam cum vino non miscent, eaque omissione Jacobiticam haereticam proficere creduntur. Hinc Apostolica Sedes nunquam Armenis, qui ad unionem cum Ecclesia Romana venerint, permittere voluit, licet enixò petierint, ut ad vitandam Schismaticorum persecutionem, aut alia de causa aquae cum vino mixturem in Missa sacrificio omittant; sed praecipit semper, ut juxta Ecclesiae praecipitum, dum sacrum faciunt, aquam cum vino misceant, idque non in *Sacristia* nec clanculum, sed palam & publice, ut in eorum Missali ab Apostolica Sede probato praescribitur. Extant haec de re decreta sacre Congreg. de P. F. 30. Januarii 1635. & Supremae Inquirit. 1640. Eiusdem congreg. de P. F. decreto 30. Januarii 1635. statutum fuit: non licere Armenis ad Romanam Communionem venientibus, Trisagio quo uti solent in sacris Officiis, addere, *qui passus est pro nobis*. Vide quae haec de re explicavimus cap. vi. ubi de Jacobitis egimus.

Antequam Graecorum ritus improbatos, suspectosque recentem, nonnulla indicare opere pretium duco, quae Nicolaus Papa I. in *Respons. ad Consulti. Bulgar.* superstitiosa, aut superstitiosis suspecta declaravit. Primum itaque ad ciborum delectum, quod spectat, velut superstitiosam rejicit illorum opinionem, qui ut *animalia sine voluntate comederent*, inquirendam putabant nun sero, aut istu hominis percussa mortua essent; quod nefas crederent ista percussa, ac sine sanguinis effusione occisa comedere, nun. xc. Distinctionem quoque inter munda, & immunda animalia, de medio per Evangelium sublata fuisse declaravit num. xlvi. ideoque sine superstitione ferveri non potuisse, si aut

natura sua quadam immunda putarentur, aut vigere adhuc crederetur lata per Mosem lex. Addit etiam num. lvi. rari nuptiarum potius frivolum illorum Graecorum credulitatem, qui sine peccato comedi non potuisse opinarentur mactata ab Eunuchis animalia. Deinde observationes diei, & horarum in incipiendis, exercendisq; negotiis, ut incantationes, & loca, ac carmina, & nonnulla aurgia exorcere, pompas, operationeq; diabolicas esse declaravit, quibus in Baptismo abrenunciavimus. Rursus usum lapidis, quod corporis sanitatem recuperandam uti confueverant antequam Christiani essent, veluti superstitiosam prohibuit num. lxxi. Item morem aperienti clausum codicem particulae ligni, quae aperitione fere posse putantur, quod cupere non. lxxvii. Ad eundem delationem ligaturae & guttae pendentes pro infirmitate curanda, ac physica, veluti demoniacis inventa verus, rejecit atque damnavit.

Inter proscriptos Graecorum abusus in sacris caeremoniis, nonnulli fasti ritus occurrunt, quos Cardinalis de Torres Archiepiscopus natus Regalis in quadam Diocesana Synodo damnavit. Primum itaque usum interdixit *sinaxarum* quod recitare solebant post lectionem sextam Sabbati ante Dominicam sexagesimae, quia error in eo continebatur iam ab Ecclesia damnatus de animabus non recipiendis in caelum, neque ad aeternas ablegandis penas ante extremi iudicii diem. Deinde vetuit ne officium fieret impii Gregorii Palamae Archiepiscopi Theilalonicensis. Ad eundem aedemque quaedam censura pertrinxit, quibus eidem Palamae, ac celestissimo Photio plaudebant, ut refert Bened. XIV. de Synod. Discr. lib. 6. cap. 3.

Praeter ea, quae diximus, nonnulla quoque recentere placuit, quae ab Apostolica Sede statuta sunt pro tollendis nonnullis, qui apud Graecos vigent, abusus, quo facilius sacri Ministri possint certam sibi confutere regulam, quae abusus reliquos cognoscere, coque & medio tollere valeant. Primo itaque statutum est, ne Sacerdotes celebrare audeant, quin, dum opus fit, Sacramentalem confessionem juxta Tridentinae Synodi praescriptum antea praemiserint, & ne pueri Altari servientibus Eucharistia concedatur, quin ii, qui ratione polleant, eandem confessionem praemiserint. Secundo, ne permittatur mulieribus Altari fervire sive administrare. Tertio, ne Monachi, vel aliter agentes, ut a periculis liberentur, sine exalio praetextu sacram ad collum appensam secum ferant Eucharistiam, neve eandem domi, sive in propria cella remeant. Quarto non esse Eucharistiam totum anno in Ecclesia fervendam, & si in fine anni habeatur, consumi oportere; & si in fine anni absumi tendendi, vel miscenti cum factio oleo; ac iterum coquendi, vel alias exlicandis species Eucharistias feria V. in Cena Domini, ut deinceps afferuntur. Quinto, ut Sacramentum Eucharistiam, quod pro infirmis conservatur in Ecclesiis, singulis octo diebus, aut saltem quinquidem renovetur. Sexto, ne viri, & uxoris simul, & eodem tempore, confestim ab eodem Sacerdote excipiantur. Alia recensimus, dum de Sacramentis tractabimus. Huc etiam spectant, & quae diximus in appendice ad tractatum de Fide, & in

ca.

ea, quae est de communione in divinis cum Haereticis.

Nota. Haec pauca circa proscriptos ab Apostolica Sede Ritus, abusiveque damnatos indicasse sufficiat. Ex his enim facile est cuique intelligere, Apostolicam Sedem damnare Ritus omnes, qui vel idololatriam, vel haereseum redolent, five ex animo, five simulatè adhibeantur ac eos qui vani, inutilesque sint; & abusive omnes proscribere, qui in Sacramentorum administratione ubique gentium oc-

curant, hoc est, ritus consuetudinisque, quae cum debita Sacramentis veneratione minime cohaereant. Quamobrem in appendice ad tractatum de Legibus diximus, Constitutiones omnes Romanorum Pontificum, quae his de rebus additae sunt, ac deinceps fient, ad Orientales quoque pertinere; licet poena Ecclesiastica, quae in eisdem Constitutionibus statuitur, eos tantum quandoque afficiant, quos expresse nominant. ❀

Finis Partis II. Tomi II.



